



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

LVI. Markgraf Jobst erneuet die Bestätigung der Stadt Köpnick, am 31.  
Oktober 1390.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54734)

## LVI. Markgraf Jobſt erneuet die Beſtätigung der Stadt Köpnic, am 31. Oktober 1390.

Jodocus, dei gracia Marchio et dominus Morauie, Notum facimus tenore prefencium vniuerſis, Quod accedentes noſtram prefenciam dilecti noſtri fideles Ciues de Copenik nobis humiliter ſupplicarunt, quatenus litteram, quam habent ab Inuictiſſimo principe, domino Karolo, Romanorum Imperatore et Boemie Rege, Bone memorie, eis confirmaremus, Cuius quidem littere tenor ſequitur in hec verba: Karolus quartus, diuina fauente clemencia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus et Boemie Rex fidelibus ſuis et dilectis Gratiā ſuam et omne bonum. Noſtrum animum ad hoc trahit veſtra fidelitas, quod circa ea, que quietem ueſtram et commodum conſpiciunt, debeamus frequenti cogitatu ex noſtris intimis occupari. Deuotis igitur ueſtris requiſicionibus fauorabiliter inclinati vniuerſa ueſtra et Ciuitatis noſtre predictę jura, libertates, proprietates, poſſeſſiones, donaciones, approbatas conſuetudines atque emunitates, quibus vos et Ciuitatem, quondam domini Marchiones Brandenburgēſes bone memorie adornarunt, Inſuper omnia priuilegia, litteras et inſtrumenta, vobis et dicte ciuitati ſuper predictis juribus, libertatibus, proprietatibus, poſſeſſionibus, donacionibus, graciis et emunitatibus necnon ſuper quibuſcunque tenoris exiſtant, per dictos noſtros antęceſſores racionabiliter conceſſa et indulta, approbamus, ratificamus necnon prefentis pagine patrocinio confirmamus. Nulli ergo hominum liceat hanc noſtre Innouacionis ſeu confirmacionis paginam, ſub obtentu noſtre gracie, aliquo modo contraire. Quam quidem litteram et contenta in eadem in omnibus ſuis ſentenciis, punctis et Clauſulis, ſicut in ipſa ſuperius exprimuntur, approbauimus, ratificauimus, confirmauimus et tenore prefencium de certa noſtra ſciencia approbamus, ratificamus et confirmamus prefencium ſub noſtro appenſo figillo teſtimonio litterarum. Datum in Berlin, Anno domini Milleſimo Tricenteſimo nonageſimo, in vigilia omnium ſanctorum.

Ad mandatum domini marchionis Hinko.

Nach dem Originale im Beſitz der Stadt Köpnic.